



D. ERN. JO. FRIED. MANTZEL,  
DUCALIS Consiliarius & Juris Prof. Ord. in Academia  
FRIEDERICIANA, quæ est Bützovii:

DEO volente, per instans semestre æstivum, quinque, per quodvis hexa-  
meron, in regula, fideliter impendendas, destinavit horas, *Lectionibus, in usum*  
*Dominorum Studioforum Juris, pariter ac aliorum, qui limitibus suis eas censebunt*  
*esse proficuas.*

I. *Juri civili & criminali, communi & patrio, dicatæ erunt quotidie horæ duæ,*  
altera ante-altera postmeridiana: combinabit *Institutiones & Pandectas*, ita, ut  
semper sint ad manus, *B. HEINECCII Elementa Instit. & B. SCHOEPPERI*  
*Synopsis Pand.* Fient omnia ordine & methodo, a brevitate nociva & a con-  
fusione aliena & tabellæ pingentur perpetuæ atque plenissimæ.

II. Docebit *Jus Feudale, Longobardo - Teutonico - Meckl.* præeunte *B. WOLFIO,*  
& duce bibliotheca. Quatuor, per hebdomadam horas sibi hoc illustre vindica-  
bit studium. Reliquæ duæ tribuentur

III. *Collegio disputatorio, ad dandas theses mixtas.*

IV. *Jus Canonico - Pontificio - Ecclesiasticum, adhibitis Elementis Kahljanis, obje-*  
ctum erit *Lectionum publicarum, in ædibus privatis incipiendarum & faxit Deus!*  
in Auditorio novo, absolvendarum. Sufficiant illis hebdomadatim aliquot horæ:  
reliquæ infumentur

V. *Conventionibus Practicis.* Eorum nonnulli appellabuntur *Consulenten* & reliqui *Ge-*  
*richts- und Acten-Stunden,* habita nempe distinctione, *Præxeos Extrajudi-*  
*cialis atque Judicialis, seu Forensis, tam criminalis, quam civilis.* Salvis *ela-*  
*borationibus & relationibus,* quæ fient & revidebuntur, extra illas horas, in  
quibus tantum agetur de earundem lineis atque regulis.

VI. Offert *Collegium Litteraturæ Juridicæ.* Præmittet filum scientificæ nexum.  
Præbebit successive, cum conspectibus & summis, ad seriem Pandectarum Juris  
Civilis aliorumque Jurium compendiorum academicorum, Libros & scripta  
majora minoraque, communia patriaque, ad millia usque. Instruet cupidos in  
*arte diplomatica,* omnis ævi, ex notitia *monetarum inscriptionumque,* in usum  
*Historiæ,* de qua, intuitu Juris publici, eventualiter plura. Vitæ celebrium  
Virum haud negligentur. Ita per quatuor, hebdomadatim, horas; nam

VII. Reliquæ binæ duplicatæ manent destinatæ, fundandæ *Societati Litterariæ,* de  
qua loquitur impressum, f. r. *Anschlag.* h. e. programma.

Quæ hyemali brevi periodo nequiverunt absolvi, supplebuntur fideliter.

Numerus, horæ atque conditiones stant sub regula: *Pacta dant legem.*

DEUS T. O. M. clementissime benedicat!

---

Dab. Bützovii, Anno MDCCCLXI. circa Festum Paschatos.

# D. ERN. JOH. ERHARD MANTZKE

DUCHASS Capitain & Just. Rath in Königsberg

PRÄDICANT, der Q. Universität

Die vorliegende Schrift enthält die von dem Verfasser im Jahre 1784 in Königsberg veröffentlichte Dissertation über die Natur und den Gebrauch der Arznei. Die Schrift ist in drei Theile eingetheilt, nämlich in die Natur der Arznei, in die Art und Weise der Arznei, und in die Wirkung der Arznei.

Der erste Theil enthält die Natur der Arznei, die Art und Weise der Arznei, und die Wirkung der Arznei. Der zweite Theil enthält die Natur der Arznei, die Art und Weise der Arznei, und die Wirkung der Arznei. Der dritte Theil enthält die Natur der Arznei, die Art und Weise der Arznei, und die Wirkung der Arznei.

II. Die Natur der Arznei, die Art und Weise der Arznei, und die Wirkung der Arznei.

III. Die Natur der Arznei, die Art und Weise der Arznei, und die Wirkung der Arznei.

IV. Die Natur der Arznei, die Art und Weise der Arznei, und die Wirkung der Arznei.

CONSPECTUS  
PRAELECTIONUM

IN  
ACADEMIA FRIDERICIANA  
BUETZOVII

PER  
SEMESTRE HIBERNUM

A  
FESTO MICHAELIS MDCCLXI.

VSQVE AD  
FESTUM PASCHATIS MDCCLXII.

PROFESSORIBUS  
OMNIUM FACULTATUM

INSTITUENDARUM.

---

BUETZOVII

TYPIS JOHANNIS GOTTHELFI FRITZII, SEREN. REGN. AUL.  
ET ACADEM. TYPOGR.





L

IN FACULTATE THEOLOGICA.

**D.** CHRIST. ALB. DOEDERLEIN, S. S. Th. P. P. O.  
& *Consist. Ducal. Consil.* Hor. X - XI. pergit in *Praelectionibus dogmat.* ut & Hor. XI - XII. in *Praelectionibus polem.*  
Hor. postmerid. IV - V. *Libros ecclesiae nostrae symbol. observationibus historico-theologicis illustrabit.*

D. GOTTH. TR AUG. ZACHARIAE, S. S. Theol. Prof.  
P. O. h. t. Acad. Director, & Facult. Theol. Decanus, H. XI.  
ad XII. in tradenda Theologia dogmatica ad ductum Thesum  
Theologicarum B. *Baumgartenii* perget. H. II. ad III. praele-  
ctio-

ctiones in historiam ecclesiasticam N. T. continuabit, in quibus  
b. Viri eiusdem breviarium historiae Christianae sequitur. H. III.  
ad IV. Theologiae moralis explicationem ad ductum compen-  
dii *Walchiani* ad finem perducet, & H. V. ad VI. offert com-  
militonibus interpretationem exegeticam epistolae Paulinae ad  
Ephesios cum praeceptorum Hermeneuticorum explicatione  
coniungendam.

## II.

### IN FACULTATE JURIDICA.

**D.** ERN. JO. FRIED. *MANNZEE*, SEREN. DUC. REGN.  
Confil. & Jur. Prof. Ord. Fac. h. Decanus, publice, in gratiam,  
omnium Fac. Dnn. Studioforum, ab Hora pomerid. IVta ad  
Vtam, docebit *Jus Criminale*.

Tradet cupidis, bonis conditionibus, *Jus Feudale Illustre,  
Longobardo - Teutonico - Mecklenburgicum*, una cum Historia  
S. I. R. G. & patria, qvatenus ex iis illud fuit, illustratur.

Qva *Collegium styli, aulico - politico - ceremonialis*, refert  
se ad præcedentia. Commendabit *Moserorum, Lunigii, Stie-  
vii* aliorumqve labores.

*Practici & Disputatorii* Conventus patent. Absolventur  
*reliquae Pandectarum*. Accedetur, a die proximo Lunæ, Liber  
*Tertius Institutionum*.

HERMANNUS BECKER, L. L. Doct. & Prof. ex  
clementissimo mandato Serenissimi Principis doctrinas expli-  
care legales per instans semestre hybernum laborabit, &  
quidem

1) Col-

- 1) Collegium institutionale offert secundum Compendium Heineccianum.
- 2) Collegium pandectale ad Compend. Schaumburgianum, & denique
- 3) Collegium juris Canonici ad ductum Compend. Kahl-  
liani.

Horas hisce laboribus destinatas in tabula indicabit publica, sicuti & diem, quo inchoare potest prælectiones, ad labores quoque academicos alios promptus, paratusque.

Praeterea proxime adhuc adueniet Dom. TRENDELN-  
BURG, J. V. D. & Professor, qui ex tabula publica indicabit  
prælectiones suas iuridicas, quas aperiet, simul atque adve-  
nerit.

### III.

## IN FACULTATE MEDICA.

**G**EORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Med. D.  
& P. P. O. ad finem perductis Prælectionibus Physiologicis, per  
semestre hibernum, Deo volente, fundamenta Pathologiæ ge-  
neralis Auditoribus suis explicabit. Privatam operam dicavit  
medendi methodo, propriæ experientiæ & monitis probatissi-  
morum Clinicorum superstructæ; pariter, ut & aliis studiis de-  
diti habeant, quod ex arte medica in usus suos vertere possint;  
Medicinam legalem docebit.



D. AUG. SCHAARSCHMIDT, Med. P. P. per  
semestre hyemale horis antemeridianis a X - XII. sectiones  
cadaverum instituet, & horis pomeridianis a IV - V. anatomen,  
ordine tabellarum suarum, sed ex partibus e corpore humano  
defunctis, exponet. Privatissime Physiologiam b. Fratris  
explicabit.

IV.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

D. DANIEL GOTTFRIED SCHREBER, P. P. O.  
Hora XI - XII. antemeridiana praelectiones in Ditmari *Einleitung  
in die Cameralwissenschaften* b. c. D. denuo inchoabit, in-  
simulque collegium practicum camerale auditoribus offert.

PAULUS THEODORUS CARPOW, D. Ori-  
entaliumqve P. P. O. & C.

1) *Publice* sive gratis

1) Naçta, per Judææ in urbe hacce gentis commorationem  
perpetuantem opportunitate majori, *Collegium*, quod  
dixit *Synagogicum* s. *Rituale Hebræum*, continuandi non  
modo, verum sed & amplificandi large inqve rem  
præsentem eundi soepius; occasione læte arrepta, il-  
lud adaperuit jam pridie Festi Michaelis, tanqvam Civi-  
lis Judæorum Anni Diei initialis; Idem

2) *Collegium* habebit iterum publice *Fundamentale Hebræ-  
um*, in Compendium *Dantzianum*, propriis suis Ana-  
lyseos

lyseos Hebrææ Institutionibus, sub Tit: *Ars Ideam*  
*dist. de Voce Hebræa formandi* Lipsiæ typis impressis,  
adjunctis.

II) *Privatim & privatisime*, in continuando *Collegium Bi-*  
*blico - Exegeticum*; explicando *Antiquitates* sic dictas  
*Hebræas* ad ductum B. IKENII; docendoque Orientis  
Lingvas varias, præprimis *Hebræo-Biblicam*, *Hebræo-*  
*Rabbincam*, *Hebræo-Teutonicam*, *Chaldaeam*, *Syria-*  
*cam*, *Arabicam*, & porro, sedulus perget.

ANGELIUS JO. DAN. AEPINUS, P. P. O.  
per instans semestre in b. CORVINI *Logicam* commentabitur,  
& *Historiam Imperii R. G.* ad ductum Ill. PÜTTERI in libro:  
*Grundrifs der Staatsveränderungen des teutschen Reichs*, enar-  
rabit. Neque elegantiores litteras tractare volentibus commi-  
litionibus sua opera deerit.

M. WENCESLAUS JO. GUSTAVUS KARSTEN,  
Phil. P. P. O. Hora VIII-IX. *Astronomiam* cum *Geographia*  
*Mathematica* *Chronologia* & *Gnomonica* secundum *Cel.*  
*KÆSTNERI Anfangsgruende der angewandten Mathematik*,  
& Hora IX - X. *Partes Matheseos Practicæ Mechanicæ* cum  
*Optica*, *Catoptrica* & *Dioptrica* docebit secundum ejusdem  
*Geometrix Famigeratissimi Compendium*. Præterea Hora X-  
XI. *Matheseos suæ Theoreticæ Partem sublimiorem*, Hora  
vero II - III. *Partem Elementarem*, denique Hora III - IV.  
III. *Dariesii Institutiones Jurisprudentiæ universalis* explicabit.

Ade-

Aderit etiam proxime Dom. TOTZE, Hist. Prof. clementissime vocatus, qui praelectiones suas ex tabula publica, simul atque aduenerit, indicabit.

Adfunt etiam nonnulli privati Doctores, qui in variis disciplinarum generibus instituent, praelectionesque suas ex tabula publica indicabunt, neque defunt, qui corporis exercitia docent.

---

P. P. *Bitzovii* d. XVIII. Octobr. MDCCLXI.

